



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

407. De Omnium Sanctorum. De septem Fontibus beatitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*De septem Fontibus beatitatis.*

**A**spiciam Ecclesiam triumphantem in  
coelis, & militantem in terris, utriusque  
statum inter se comparando. Petam ex hac  
transire ad illam.

*Conf. I.* Finis sermonis Domini in monte  
est, impellere ad heroicis virtutes propositis  
beatitudinibus septenis, in quarum unaqua-  
que duplex est actio; una in hac vita, quæ  
dicitur meritum, quia est laboriosa, ut patet  
per singulas discurrendo; altera in vita æter-  
na, quæ dicitur præmium, ubi erit fructus  
laborum, juxta illud S. Ambr. de S. Laurent.  
*Beatitudo hic preparari potest, possideri non po-  
test.* Beatitudines sunt operationes donorum  
Spiritus sancti. Timor Domini operatur  
paupertatem spiritus; qui enim illum habet,  
non vult magni fieri, neque in se, neque in  
alijs, sed in solo Deo, cui perfecte se subijcit.  
Pietas operatur mansuetudinem, quia au-  
fert obstacula. Scientia operatur luctum,  
quia ostendit creaturas nobis esse in tenta-  
tionem. Fortitudo operatur firmam & firmam  
justitiæ; fortis enim est animi, justitiam non  
tantum facere, sed sive. Consilium opera-

724 *Die Fidelium Defunctorum.*

tur misericordiam, est enim consilij, utilia operari ad finem. Intellectus operatur puritatem cordis, quia ad videndum Deum phantasmata debent abesse. Sapiētia operatur pacem, quia pax est tranquillitas cordis, effectus sapientiae. *Christus beatitudines omnes suo firmavit exemplo*, inquit Origenes in Luc. 19. Discurrā per singulas, ad eas me adaptando, ut dignè *Pignus felicitatis* sanctissimam Eucharistiam recipiam: ita nominat eam Concilium Trident. sess. 13. cap. 2.

MEDITATIO CCCCVIII.

*Die Fidelium defunctorum.*

*De modo evadendi Purgatorium.*

**A**spiciam animas flammis Purgatorij detentas. Petam modum eas evadendi.

*Conf. 1.* Causas, ob quas Purgatorium subimus, revelatas à Domino S. Mechildi 1. Quòd non fuerimus cœlum Dei. 2. Quòd eum non sanctificaverimus. 3. Quòd ad eum venire non appetiverimus. 4. Quòd ejus voluntati nos non conformaverimus. 5. Quòd ad sacratissimam Eucharistiam nō devotè accesserimus. 6. Quòd offensi non ignoverimus ex corde 7. Quòd mudinitiem carnis & cordis non servaverimus. Remedia contra has 7. culpas esse orationem Dominicam sic orandam, ut virtutes

his